

## DILATIO.

## SENTENTIE PATRUM.

- S. AUGUSTINUS. 1. Cum impetraveris quod petisti, ingrati est tardare promissum. Libro 1, de Cain et Abel, cap. 7.
2. Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia. Lib. 2, super Lucam, cap. 1, in illud: *Esurgens autem Maria*, etc.
- S. ANSELMUS. 3. Dominus sepe differt quod petitur, ut excitet magis appetitum; non differt quod nolit dare, sed ut aucto desiderio abundantius possit dare. De Mensuratione crucis, verbo *Nascitur*.
4. Non est differenda acquisitio veniæ; ne diuturnior recessus difficiliorem reditum operetur. De Mensurat. crucis.
5. Dilata non minuuntur, sed magis crescunt desideria. In Meditationibus.
- S. ANTONIUS. 6. Ubi periculum vertitur, vitanda est mora. Part. 2, lit. 9, de *Acedia*, cap. 13.
- S. AUGUSTINUS. 7. Malos decipit spes dilationis, dum se diutius victuros putant, et perditos mores aliquando in melius mutatuos. Lib. Quast. Evangel. ex *Matth.*, quest. 11.
8. Quandiu, quandiu, cras et cras? quare non modo, quare non hactenus finis turpitudinis mee? Lib. 8, *Confess.*, cap. 12.
9. Impatiens est animus, nec lacrymis modus fit, nisi amori delitur quod amatur. Lib. 2, *Solitog.*, cap. 1.
10. Ille quod concessurus est, etsi differt, non aufert. Super *Psal.* lxxv.
11. Dulcior venit dilata iuventutis, cum spatium temporis (quod subvenienti breve est) longum est amanti. Super *Psal.* cxviii.
12. Cum aliquando Deus tardius dat, commendat dona non, negat; diu desiderata dulcius oblatentur, cito autem data vilescunt. *Prose.*
13. Pete, quære, insta, petendo et quærendo crescis ut capias; servat tibi Deus quod non vult cito dare, ut et tu discas magna magne desiderare. Serm. 3, de *Verbis Dom.*
14. Quantumlibet diu mors differatur, veniet quod differatur. Tractat. 43, super *Joannem*.
15. Laborat ne moriatur homo moriturus; id autem agit, ut nullum mors differatur, non ut evadatur. *Ibid.*, tract. 49.
16. Differatur quod petimus, non negatur. *Ibid.* tract. 73.
17. Quædam non negantur, sed ut congruo dentur tempore differunt. *Ibid.*, tract. 102.
18. Deus differendo extendit desiderium, desiderando extendit animum, extendendo facit capaciorem. Tract. 4, sup. Ep. *Joan.*

## DILATIO.

19. Si pœniteo, parcis; insuper dum differo, præstolaris. Lib. *Med.*, cap. 2.

20. Differendam de die in diem vivere in te, et non differendam quotidie in memetipso mori. Lib. 6, *Conf.*, cap. 11.

21. Instar urentis solis, ex cruciatu amantem dilatio. Serm. 28, sup. *Cant.*

22. A desiderio suo diuturna fraudatio, est tardiorum nutritrix, suspitionum fomes, impatientie fax, noverca amoris, mater desperationis. *Ibid.*, ser. 65.

23. Dilatum auxilium venit validius, et subvenit perfectius. Ep. 156, ad *Innocent. Pap.*

24. Quid tardas ipsum, quem jam dudum conceperas spiritum parturire salutis? Ep. 103, ad *Roman. subdiacon.*

25. Impatiens desiderium quo amplius differatur, ignescit. *Prose.*

26. Cupienti animæ nihil satis festinatur. Serm. de *Virgin.*

27. Non cures si differatur petitio tua; quia si differatur, non aufertur; imo cum haberi ceperit, carius possidetur. Serm. 7, de *Cæna Dom.*

28. Nihil est in tam brevibus vite metis ita serum, quod expectare longum immortalis animus putet. Lib. 4, de *Consol. Philos.*, pros. 4.

29. Bonum desideratum visum lætificat; sed diu expectatum valde affligit animam et corpus. Serm. 1, de *uno mart.*

30. Expecta cum patientia, ut crescant tua desideria. *Prose.*

31. O modicum longum, o modicum nimis prolixum! quia etsi modica sunt merita, longa tamen sunt desideria. In *Solitog.*, cap. 4.

32. Dilatio fit, aut ut tanto cautius custodiatur acceptum quo difficilius impetratur, aut ut humilietur orans, dum tardius exauditur. *Prose.*

33. Deus ad hoc beneficium suum protrahit, ut non sit nobis vile quod donat. Libro 2, de *Perfectu Relig.*, cap. 71.

34. Periculantum mos est, tardum iudicare, quamvis celerrimum præstetur auxilium. Super *Psal.* lxxix.

35. Nos tardum putamus, quod desiderio magno requirimus. *Ibid.*

36. Repellere putatur petitionem nostram Deus, quando vota nostra distulerit; et quamvis ille profutura faciat, nos tamen graviter dilata contristant. *Prose.*

37. Differuntur enim ad augmentum suum, procrastinantur ad gloriam; quia non tantum prædest auditri, quantum expedit pro numeris augmentatione differi. Sup. *Psal.* lxxxviii, vers. 18.

38. Sancti viri; quamvis desiderio magno

S. BERNARD.

BOETIUS.

S. BONAVENT.

CASSIODORUS.

S. GREGORIUS.

RUGO A.

S. VICTORIS.

RUGO CARD.

S. JOHANNES

CHRYSOSTOMUS.

## DILATIO.

## DILATIO.

flammentur, expectationi sue ardorem semper adiungunt; dum tanto plus ventura felicitas expectatur, quanto amplius eorum expectatio protelatur. Super *Psal.* cxxxviii, vers. *Præveni in maturitate*, etc.

39. Proxima est oblivioni protracta longinquitas. Super *Psal.* cxxxviii, in *proximo*.

GLOSS ORD. 40. Non statim Deus facit, quidquid ad salutem oratur; nec ideo negat, quia differt; sed tempore suo, id est congruo, præstat. Sup. Ep. ad *Galat.*, cap. 6, in illud: *Tempore enim suo*, etc.

S. GREGORIUS MAG. 41. Sepe accelerandi boni tarditas consilium putatur; et cum expectatur ut tardatione proficiat, hoc insidians mora supplantat. Lib. 32 *Moral.*, cap. 17.

42. Insturum desiderium differatur, ut proficiat; et tarditatis sue sinu nutritur, ut crescat. *Ibid.*, libro 5, cap. 4.

43. Omne desiderium poni est, cum differatur. *Ibid.*, libro 9, cap. 15.

44. Quod disponenti breve est, longum est amanti. *Ibid.*, libro 13, cap. 17, super illud Job 17: *Et patientiam meam quis considerat?*

45. Nemo qui tardius auditur, credit quod a superna cura negligatur; sepe enim desideria, quia celeriter non fiunt, exaudiantur; et quod impleri concite petitur, ex ipsa melius tarditate prosperatur. *Ibid.*, lib. 16, cap. 13.

46. Sepe petitio eo perficitur, quod differatur. *Ibid.*

47. Desideria dilatione extenduntur, ut proficiant; proficiunt, ut ad hoc quod perceptura sunt, convalescant. *Ibid.*

48. Dilatus amor ex ipsa sua dilatione proficit, et ardenti desiderio, quasi non negatur, crescit. Hom. 19, sup. *Ezech.*

49. Sancta desideria dilatione crescunt, si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Hom. 25, super *Evang.*

S. GREGORIUS. 50. Non est damnum dilatio, ubi certior fit ex dilatione victoria. Lib. 1, ad *adversus Iovinianum*.

51. Dilatio regni sanctorum, patientiæ comprobatio est. Sup. *Daniel.*, cap. 12.

52. Omnis mora desideranti longa est. *Prose.*

S. VICTORIS. 53. Differatur desiderium, ut crescat.

54. Flebo, quia abest quod desidero; flebo, quia adest quod non amo. Super *Psal.* xlii, cap. 51.

RUGO CARD. 55. Solet differri nostra postulatio, ut præmium amplius pro nostra perseverantia capiamus. Super *Isai.*, cap. 30.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS. 56. Usurpatum redditur, quidquid dilatione temporis fœneratur. Serm. *Quomodo primus homo omni prælatu sit creatura.*

57. Corrigit te dilatio miserantis, ne censura puniatur iudicantis. *Ibid.*

58. Nihil est quod ita vitam nostram valeat evertere, sicut operum actionem honorum tardare, semperque differre. Homil. 16, super *Matth. Oper. perfect.*

59. Grandem iram grandis dilatio procedere debet; et grandis dilatio iustus facit esse iudicium Dei, et digniorem interitum peccatorum. Homil. 19, sup. *Matth. Oper. imperf.*

60. Quantum differatur merces sanctorum, tantum usura augentur. Homil. 43, super *Acta Apostolorum*.

61. Etsi differt aliquando Deus, non in odio facit, neque te avertatur; sed differendo diutius te secum servare vult. Hom. 1, in *Diolum Apost.* *Sive oratione*, etc.

62. Periculum et metus est in differendo; salus vero certa ac secura, si nulla sit dilatio. Homil. 22, super *II Cor.*

63. Sepe nobilit distulisse bonum in tempus. JOAN. TRITH. futurum, quod fieri citius potuisset. Lib. 1, hom. 3, ad *Monach.*

64. Noli differre bonum hodiernum in dubium crastinum. Lib. 1, hom. 18, ad *Monachos*.

65. Non est tutum differri bonum, quod negligi potest. De *vani. et miser. hum. vite*, cap. 3.

66. Paucorum nequitia semper crescit dilata. De *Ruina monast. ordin.*, cap. 1.

67. Mora mutat propositum, et bonæ voluntatis dilatio frustrat effectum. *Orat.* 1, in *conventu Abbat. habita*.

68. De mora periculis robur. *Ibid.*

69. Nihil mora periculosius, quæ sepe dum velle negligitur, posse aufertur. Ep. 7, ad *Monach. laps.*

70. Infirmitas voluntas, quæ differatur. Epist. 10, ad *Nicolaum presbyt. Mericensensem*.

71. Nihil mora periculosius, quæ et mentem a proposito, et amorem fugat et evacuat a desiderio. *Ibid.*

72. Tolle moras, in crastinum nihil differas; s. ISID. HISP. in bonis dilatio nocet, et in id quod expedit, differre impedit. Libro 2, de *Synonymis*, cap. 12.

73. Quidquid differatur, non aufertur; differatur ultio, ut tempus possit habere correctio. Serm. 12, *Quadrage.*

74. Dilatio auget desiderium, quod quanto crescit, tanto crescit et meritum. Serm. 34, in *festo omnium Sanctorum*.

75. Spes, quæ differatur, affligit animam. Lib. 1, ep. 20 ad *Joan. episc. S. Nactovii*.

PETR. BLES. PETR. CELL.

## SENTENTIE PATRUM.

76. Plerisque in rebus gerendis tarditas, et CICERO.

- procrastinatio odiosa est. Orat. 48, *Philipp.* 6.  
**MINUS PUBL.** 77. Mora omnis odio est, sed facit sapientiam. In suis *Sent.*, sent. 221.  
**SENECA.** 78. Omnis sperata rei dilatio, longa est. *De brev. vitæ*, cap. 16.  
 79. Nihil differamus, sic formemus animum, tanquam ad extremum vita ventum sit. *Prosec.*  
 80. Maximum vitæ vitium est, quod semper aliquid ex illa differtur. *Epist.* 104.  
 81. Nihil æque amarum, quam diu pendere; æquiore quidam animo ferunt præcidi spem suam, quam trahi. *Lib. 2, de Benefe.*, cap. 5.  
 Vide etiam *tit. Actio*, sent. 6, 7; *Clamor*, sent. 46; *Desiderium*, sent. 19, 76; *Patientia Dei*, sent. 5, 73; *Promissio*, sent. 21; *Propositum*, sent. 23, 63; *Salus corporis*, sentent. 52, 53; *Sententia*, sentent. 4, 5, 6, 7; *Vindicta Dei*, sent. 66.

## DILATIO CONVERSIONIS.

Vide Conversionis dilatio.

## DILECTIO IN GENERE.

- S. ANTONIUS DE PADUA.** *Etymologia.* Dilectio dicitur, eo quod duos in se legit; vel diligere dicitur, eo quod duos solet ligare. *Serm. Dom. 13 post Trinit.*  
**S. BONAVENT.** Dilectio est ex diversis electio. *Super 1 Sentent.*, dist. 10, dub. 4.  
 Dilectio est quasi duo ligans, sociat enim amantem cum amato in amore, ut se mutuo diligant. *Libro 5, Compendii theol. veritatis*, cap. 24.  
**CASSIODORUS.** Dilectio dicitur, quasi de omnibus electio. *Super Psalm. xvii*, vers. 1, *Diligam te*, etc.  
**DIONYSIUS CARTHEUS.** *Definitio.* Diligere est alicui bonum velle. *Sup. Ep. ad Tit.*, cap. 2.  
**S. ANTONIN.** *Differentia.* Differunt ista tria, amor, dilectio, charitas. Amor importat complacentiam ad rem amatam; et sic est communis nobis et brutis. Dilectio supra amorem addit electionem; et potest convenire et bonis et malis. Charitas autem addit supra dilectionem quandam perfectionem, seu divinam infusionem et convenit tantum bonis. *Parte 1, tit 6, cap. 2, § 1.*  
**HUGO A S. VICTORE.** *Productio.* Duo sunt rivi, qui de fonte dilectionis emanant; cupiditas et charitas; alter est amor mundi, alter est amor Dei. *De Fruct. carn. et spirit.*, cap. 19.

## SENTENTIE PATRUM.

- S. AUGUSTIN.** 1. In hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est. *Ep. 52, ad Macedonium.*  
 2. Divitiæ, si diliguntur, ibi servantur ubi perire non possunt. Honor si diligitur, illic habeatur, ubi nemo indignus honoratur. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur, ubi adepta ni-

hil timetur. Vita si diligitur, ibi acquiratur, ubi nulla morte finitur. *Epist. 45, ad Armentar.*

3. Ille juste et sancte vivit, qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligit, quod non est diligendum; aut non diligit, quod est diligendum; aut amplius diligit, quod minus est diligendum; aut æque diligit, quod vel minus vel amplius est diligendum; aut minus vel amplius diligit, quod æque est diligendum. *Lib. 1, de Doctrina christ.*, cap. 27.

4. Non melius nec decentius quam per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datum est. *De Spiritu et anima*, cap. 17.

5. Quatuor sunt diligenda. Unum, quod supra nos est; alterum, quod nos sumus; tertium, quod juxta nos est; quartum, quod infra nos est. *Lib. 1, de Doct. christ.*, cap. 23.

6. Diligenda est ipsa dilectio, qua diligitur quod diligi oportet; sicut odio habenda est dilectio, qua diligitur quod diligi non oportet. *Sup. Psalm. cxviii*, sup. illud: *Concupivit anima mea desiderare*, etc.

7. Talis est quisque, qualis ejus dilectio est. Terram diligis, terra eris. Deum diligis, quid dicam? Deus eris. Non audeo dicere ex me: Scripturas audiamus, ego dixi, Dii estis. *Tract. 2, sup. Ep. Joan.*, de cap. 1.

8. Dilige, et quod vis fac. Sive taceas, dilectione taceas; si clames, dilectione clames; sive emendes, dilectione emendes; sive parcas, dilectione parcas. *Ibid.*, tract. 8, de cap. 4.

9. Dilectio magnanimum facit. *Serm. 1 Dom. Rogat.*

10. Qui plus diligit mundum quam Deum sæculum quam claustrum, gulam quam abstinentiam, sequitur diabolum et ibit cum illo in supplicium æternum. *Libro Medit.*, cap. 3.

11. Quid levius, quid suavius, quidve dulcius, quam diligere? *Serm. 14, de Cæna Dom.*

12. Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum (qui contemnendus est) diligunt; aut corpora sua minus diligenda plus diligunt; aut proximos suos, non sicut seipsos aut Deum plusquam seipsos non diligunt. *Ibid.*

13. Mundum diligis, et Deum relinquis. *Serm. de Miseria humana.*

14. Dilectio hominum fallax est et instabilis, s. BONAVENT. facile cedit, facile lædit. *De Instit. novit.*, part. 2, cap. 14.

15. Melius est diligere, quam diligi; quia diligere, propriæ virtutis est; sed diligi, alienæ. *Libro 5 Compend. Theol. verit.*, cap. 31.

16. Diligere debemus proficua, non noxia; quia potius execrari convenit, per quæ nos pena

- perpetuæ damnationis affligit. *Super Psalm. iv*, vers. 3: *Diligitis vanitatem*, etc.  
 17. Natura rerum est, ut ab eo te diligi posse nullatenus arbitris, quem chara mente non appetis. *Super Psalm. cxviii.*  
 18. Diligere non profutura, demeritis est. *Super Palm. cxviii*, vers. *Omnem viam iniquam odio habui.*  
**CLEMENS ALEX.** 19. Valida est, quæ est ex ratione dilectio. *Lib. 2 Stromat.*  
**DIONYSIUS CARTHEUS.** 20. Non perfecte, nec vere diligit, qui cum eo quem diligit, etiam adhuc seipsum aut aliquid aliud diligit. *De Perfect. Charit.*, art. 10.  
**GILBERTUS ANGLUS.** 21. Amantis anxietas illum dormire non sinit. *Prosec.*  
 22. Quiescit tentatio, quiescit occupatio, quiescit affectio, sed quiescere dilectio nescit. *Ser. 2, sup. Cant.*  
**GLOSS. ORD.** 23. Ita dilectio, qua diligenda diliguntur, diligenda est; sicut odienda est dilectio, qua non diligenda diliguntur. *Sup. Psalm. cxviii*, in illud: *Concupivit anima desiderare*, etc.  
 24. Dilectio aliquid rei, facit de illa re frequenter meditari. *Ibid.*, sup. illud: *Et meditabar in mandatis tuis.*  
 25. Vires dilectionis suæ homo ignorat, nisi experimento cognoscat. *Sup. Genes.*, cap. 22.  
**S. GREG. MAG.** 26. Perversa mens dum dilectioni creaturæ se subdit, a Creatoris societate se disjungit. *Lib. 3 Moral.*, cap. 7.  
 27. Nil sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quam ut unusquisque hoc quod vivum diligit, quale sit mortuum penset. *Ibid.*, lib. 16, cap. 19.  
 28. Turpe est diligere, quod constat citius perire. *Hom. 3, super Evangel.*  
 29. Pro magno diligi non debet quidquid fine clauditur; illa summo opere diligenda sunt, quæ inventa nec transeunt, nec adepta deficiunt. *Lib. 7, in Registro*, indic. 2, cap. 34. *epist. 34, ad Adeodatam illustrem.*  
**S. HIERONYM.** 30. Grandem vim obtinet vera dilectio, et qui perfecte diligitur, totam sibi diligentis vendicat voluntatem. *Ep. 14, ad Celantiam.*  
 31. Dilectio pretium non habet. *Ep. 41, ad Rufin.*  
 32. Nihil est quod non toleret, qui perfecte diligit. *In Regula monachor.*, c. 28, *de Charitate.*  
 33. Qui diligit, nunquam se laedi æstimat; nunquam aliud nisi quod diligit, suspicatur. *Lib. 3, sup. Ep. ad Galat.*, cap. 5, in illud: *Fructus spiritus*, etc.  
**HUGO A S. VICTORE.** 34. Plus diligitur, quam intelligitur; intrat dilectio et appropinquat, ubi scientia foris est. *Lib. 6, sup., cap. 7, Cælestis Hierarch.*

35. Tale est cor hominis ut, si quid diligit, adipisci non valeat, amplius desiderio suo marcescat. *Lib. 4, de Arca Noe morali*, cap. 4.

36. Caro diligenda est, ut contra corruptionem foveatur: anima diligenda est, ut contra iniquitatem custodiatur. *L. 2, de Sacram.*, part. 13, c. 7.

37. Hoc justum est, quod qui diligitur, diligit. *Lib. 1, In contemplat. de Amore Dei*, cap. 27.

38. Dilectio cuncta facile mala et terribilia depellit. *Hom. 50, sup. Math. Oper. perf.*

39. Dilectionem ab hominibus exigere, non est domini, sed paternitatis. *Hom. 40, sup. Math. Oper. imperf.*

40. Sicut odium omne malum suggerit, sic dilectio omne bonum. *Ibid.*, hom. 42.

41. Magnum et insuperabile quiddam dilectio est, quæ non nudis verbis, sed re ostendenda est. *Hom. 75, sup. Joan.*

42. Dilectionem non tantum sine simulatione esse oportet, sed et intensam, et ferventem, et ignitam. *Serm. 21, sup. Ep. ad Rom.*

43. Quæ erit utilitas si sincere quidem dilexeris; non dilexeris autem ferventer? *Ibid.*

44. Nihil ita diligit facit ut honor, ac bene merendi studium. *Ibid.*

45. Virtutis principium ac finis est dilectio. *Ibid.*, *Serm. 23.*

46. Debitum dilectionis tale est ut, et reddatur et semper debeat. *Ibid.*

47. Dilectionis hoc proprium est, ut quod pro se quisque curat, idem faciat et pro altero. *Ibid.*, *Serm. 27.*

48. Non similiter diliguntur ea, quæ v'no ad-

veniunt, quam illa quæ cum multa sollicitudine adveniunt. *Lib. 4, advers. Hæres.*, cap. 72.

49. Dilectio, quæ munere glutinatur, eodem suspensio dissolvitur. *Lib. 3, de Sum. bono*, cap. 31, sent. 2.

50. Qui bona mundi diligit, velit nolit, timoris et doloris pena succumbit. *Prosec.*

51. Qui plus quam oportet res transitorias diligit, majorem sibi ingerunt dolorem rei ablate quam amorem parturiebat possessæ. *Ibid.*, cap. 59, sent. 2.

52. Dilectio, quæ munere glutinatur, eo sus-

penso dissolvitur. *De ligno vitæ*, tract. 4, *de Charitate*, cap. 17.

53. Rationalis animus, qui sine dilectione esse non potest, aut Dei amator est, aut mundi. In dilectione Dei, nulla nimia; in dilectione mundi, cuncta sunt noxia. *Serm. 3, de Jejun. septimi mensis.*

54. Proprium dilectionis est, unicum efficere animum quærentium que pertinent ad illum. *Centur. 1, de Virt. et vitio*, cap. 48.

IDIOTA.

S. JOANNES  
CHRYSTOST.

S. IRENEUS.

S. ISIDORUS  
HISPALENS.

S. LEO I.

S. MAXIMUS  
MART.

- PETR. BLES. 55. Dilectio nihil prodest, nisi combinata sit. Ep. 50, ad Henric. epis. Bajocens.
56. Dilectio in morte non moritur, ejus fortitudini mors succumbit. Ep. 98, ad Gualter. epis. Banornitan.
57. Vix invenitur dilectio, quae non sit questuaria. *Ibid.*, in princ. *Prologi de Amicitia*.
- S. PROSPER. 58. Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum (qui contemnendus est) diligunt; aut corpora sua minus diligenda, plus diligunt; aut proximum non sicut seipsos, aut Deum plusquam seipsos non diligunt. Lib. 3, de *Vita contempl.*, cap. 15.
- S. REMIGIUS. 59. Omnis dilectio, quae secundum Deum non est, et pro Dei amore non agitur, simulatio et fictio vocanda est. Sup. Ep. ad Rom., cap. 12.
- RICH. A S. VICTORE. 60. Dilectionis dulcedine nihil jucundius invenitur, nihil in quo animus amplius delectatur; quam dulcedinem solus non possidet, qui in exhibitio sibi dilectione socium et condilectum non habet. Part. 1, lib. 3, de *Trinit.*, cap. 14.
- ROBERTUS BELLARMIN. 61. Qui diligit, omnia tolerat, ne amittat quod diligit. Conc. 19 Dom. *Quinquages.*
- THOMAS A KEMPIS. 62. Vanitas est diligere quod cum omni celebritate transit. Lib. 1, de *Imitatione Christi*, cap. 1.
- S. VALERIAN. 63. Haec illa perfecta dilectio est, quae affectum integri amoris instituit. Hom. 12.

## SENTENTIA PAGANORUM.

- CICERO. 64. Non est viri boni diligere quod per se non sit diligendum. Lib. 1, de *Legib.*
- SIXTUS PHIL. 65. Noli diligere ea quae corporis sunt. Sent. 93. Vide etiam titulum *Debitum*, sent. 43; *Differentia*, sent. 37; *Necessitas*, sent. 29; *Parentes*, sent. 122, 132, et titulos sequentes.

## DILECTIO DEI.

- S. AUGUSTIN. *Etymologia*. Dilectio Dei dicitur, quasi Dei electio. Part. 4, tit. 6, de *Charitate*, cap. 1.
- Definitio*. Diligere Deum est, nihil ei quidquam in diligendo atque sequendo preponere. De *Morib. Eccl.*, cap. 11.
- S. ALBERTUS MAGN. Dilectio Dei est magna voluntas Deo serviendi, dulcis affectus Deo placendi, ferventissimum desiderium Deo fruendi. De *adhaerendo Deo*, cap. 11.
- Quid est toto corde Deum diligere, nisi pure et sine socio amare, id est, nihil praeter eum diligere? Serm. 8, de *SS. Apost.*, in illud Deuter. 6: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*.
- Diligere Deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, est diligere sine errore, sine contradictione, et sine oblivione. Sup. lib. 3, *Sent.*, dist. 27, art. 2, quaest. 6.
- Toto corde Deum diligere est omne quod blan-

ditur de carne propria vel aliena, sacro sanctae carnis amori postponere. In *Medit. vite Christi*, cap. 99.

Deum toto corde diligere, est amare in illo, quod Pater est; timere, quod Deus est, De *Orat. Domin.*, cap. 7.

Diligere Dei, est velle alicui bonum conferre; odisse vero, est gratiam juste subtrahere. Sup. Ep. ad Roman., cap. 9, art. 13, in illud: *Jacob dilexit*, etc.

Quid est diligere Deum, nisi occupari animo, concipere fruenda visionis ejus effectum, peccati odium, mundi fastidium? Lib. 3, de *Vita contempl.*, cap. 15.

*Divisio*. Duplex est dilectio Dei, scilicet, dilectio concupiscentiae, et dilectio amicitiae. *Prosec.*

*Concupiscentia*, qua quis vult frui Deo, et delectari in ipso; *amicitia* vero, qua homo preponit honorem Dei, etiam huic dilectioni qua fruitur Deo. Sup. Ep. ad Philipp., cap. 4, lect. 2.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Deus diligere maluit, quam timere. Lib. 9, ep. s. ANTHROSTUS. 72, ad *Irenaeum*.
2. Totum quod sum tuum est Domino, conditione, fac totum tuum dilectione. In *Meditat. Redemp. humanae*, cap. 7.
3. Diliges Dominum Deum tuum, etc. Tuum, et ideo plus diligendus est plus enim nostra quam aliena diligimus. *Prosec.*
4. Dignus est vere a te diligere qui, eum sit Dominus Deus tuus, factus est tibi serpens, ut tu ejus fieres servus, et ei servire non erubesceres.
5. Diliges ergo Dominum Deum tuum, in primo opere, cum non esses, se tibi dedit; secundo opere, cum male esses, te tibi dedit, te tibi reddidit. Datus ergo, et redditus, te debes, et bis debes, et te totum debes.
6. Diliges ergo Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; qui totum dixit, non tibi partem de te dimisit, sed totum sibi te offerre precepit; se enim toto emit totum te, ut solus te totum possideret.
7. Deus ex toto non ex parte vult diligere; non habet partes, qui ubique totus est, et ideo non vult partem in tuo, qui totus est in suo.
8. Vis totum habere? da Deo totum, et ipse dabit tibi suum, et sic nihil habebis de te, quia habebis eum totum cum toto te. Serm. Dom. 13 post *Trinit.*
9. Nemo potest perfecte diligere quo vocatur, nisi oderit unde revocatur. De *Vera Relig.*, cap. 46.
10. Hoc diligimus in Trinitate, quod Deus est; sed Deum nullum alium vidimus aut novimus,

quia unus est Deus, ille solus quem nondum vidimus et credendo diligimus. Lib. 8, de *Trin.*, cap. 5.

11. Magna hominis miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest esse; in quo enim est, procul dubio sine illo non est, et tamen si ejus non meminit, eumque diligit, cum illo non est. *Ibid.*, lib. 14, cap. 12.

12. Quanto flagrantius diligimus Deum, tanto certius seniusque videmus. Lib. 8, de *Trin.*, cap. 9.

13. Dilectio fortis res, fratres, dilectio fortis res. Vultis videre quam sit fortis dilectio? quisquis per aliquam necessitatem non potuerit implere quod jubet Deus, amet illum qui implet, et in illo implet. Sup. *Psalm.* cxxi, vers. 6.

14. Constat sine Spiritu sancto Christum nos diligere non posse, et id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus; tanto autem amplius, quanto illum percipimus amplius. Tract. 74, sup. *Evang. Joan.*, de cap. 44.

15. Incomprehensibilis est dilectio Dei, neque mutabilis, qua in unoquoque nostrum novit et odisse quod fecimus, et amare quod fecit. *Ibid.*, tract. 110, de cap. 17.

16. Scio, Domine, scio et fateor quia non sum dignus quem tu diligas; sed certe tu non es indignus, quem ego diligam. In *Medit.*, cap. 10.

17. Illi Deum diligunt, qui non aliud quam unde nomen Dei glorificetur, exercent. De *Vita Christiana*, cap. 9.

18. Potest dicere aliquis, propter infirmitatem corporis mei, non possum a vino et carnibus abstinere; numquid potest dicere, non possum diligere? Serm. 1 feria, 6 post *Dom. Quinquages.*

19. Non omnium Deus est Deus, sed eorum qui ipsi conjuncti sunt per dilectionem. Sup. *Psalm.* xxxix, vers. 2.

20. Injuriam magnam Creatori facit, qui creaturam ullam plusquam illum diligit. In suis *Proverb.*, verbo *Injuriam*.

21. Non habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem Dei, quam si efficere possit ut in ea incaute, et non cum ratione ambuletur. Serm. 19, sup. *Can.*

22. Diligit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter. Dulciter, quia carnem induit; sapienter, quia culpam cavet; fortiter, quia mortem sustinuit. *Ibid.*, serm. 20.

23. Discite o Christiane a Christo quemadmodum diligas Christum; discite amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter ne illectus, prudenter ne deceptus, fortiter ne oppressus, ab amore Domini avertaris. *Ibid.*

24. Non abnece blanditibus, nec seduci fallacis, nec injuriis fœangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. *Ibid.*

25. Durissimi cordis est, quisquis Deum toto affectu non diligit. Serm. de *Diligendo Deo*.

26. Causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere. Tract. de *Diligendo Deo*.

27. Ob duplicem causam Deus propter seipsum est diligendus; sive quia nihil justius, sive quia nihil diligi fructuosius potest. *Ibid.*

28. Prior Deus dilexit nos, tantus et tantum, et gratis tantillo et tales. *Ib.*, cap. *Hic primum*.

29. Non sine premio diligitur Deus, etsi absque praemii intuitu diligendus sit. Tract. de *Diligendo Deo*, cap. *Dieto*.

30. In Dei dilectione modus amoris nullus esse debet; sine modo te dilexit, sine modo eum diligere debes, modum dilectionis excessit te diligendo, pro te moriendo. Serm. 1, de *Cana Dom.*

31. Perfecte vult amari, qui solus vult diligi; non vult consortem habere in amore, qui parem non habet in dilectionis retributione. *Ibid.*, ser. 8.

32. Frustra se Deum diligere dicit, qui mandatis ejus suis operibus contradicit. *Ibid.*, ser. 9.

33. Nimis est felix, nimis est beatus, cujus tantum est dilectio Christi. *Ibid.*

34. De dilectione Dei quo plus bibo, plus sitio. *Ibid.*, ser. 13.

35. Tunc vere Deum diligis, si pro amore illius bona, quae potes, operaris. Serm. 31 ad *Sermonem*.

36. In dilectione conditoris lingua, mens, et s. BONAVENT. vita requiritur. Collat. 64, sup. cap. 14, *Joan.*

37. Veraciter desponsata est anima, quae veraciter diligit. Serm. 4 *Dom. infra oct. Epiph.*

38. Quid esse Dei dilectionem credimus, nisi ignem? quid culpam, nisi rubiginem? *Prosec.*

39. Ergo tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccator dilectionis igne concrematur. Serm. 2 de *S. Maria Magdal.*

40. Dilectio Dei probatur ex sex signis: ex detestatione peccatorum; ex repulsionem inimicorum; ex operatione mandatorum; ex provisione subditorum; ex renuntiatione terrenorum; ex toleratione adversorum. Serm. 3, *Dom. 17 post Pent.*

41. Quantum Deus diligitur, tantum diabolus, caro, et mundus contemuntur. *Ibid.*

42. Eligat homo magis dilecto Deo mori, quam offenso vivere; hoc est experimentum verae dilectionis. *Ibid.*

43. Non se Deum diligere credit, qui cum corde sepe non cogitat, qui cum sepe ore non laudat, qui opere mandata ejus non servat. Ser. 8 de *SS. Apostolis*.

44. Christus dilexit Joannem dulcius et familiarius, sed Petrum dilexit ferventius et fortius. *Prosec.*
45. Petrus quia dilexit ferventius, diligebatur fortius: Joannes vero quia dilexit dulcius, diligebatur familiarius. *Sup. lib. 3, Sent. dist. 32, art. 1, quaest. 6.*
46. Qui Christum super omnia diligunt, nihil ejus amori praeponunt in via, quem habituri sunt mercedem in patria. In *Speculo discipl.*, part. 2, cap. 6.
47. Si omne quod bonum est diligendum est in quantum bonum; ille qui summe bonus est, et infinitum bonum est, summe et infinite diligendus est. Libro 2, de *Profectu religiosior.*, cap. 23.
48. Tantum Deum debemus diligere, quando nos puniit, ut purget, ac si blandiatur, ut consolatur. *Ibid.*
49. Diligendus est Deus toto corde, id est, intellectu sine errore; tota anima, id est, voluntate sine contrarietate; tota mente, id est, memoria sine oblivione. *Lib. 5, Compend. theolog. verit.*, cap. 29.
- CASSIODORUS. 50. Qui Dei testimoniis fideliter credit, ipse eum veraciter diligit. *Super Psalm. LXXVII, vers. 40.*
51. Deus perfecte diligitur, cum devoti animus nulla accidentium malorum adversitate deicitur; sed in miseris suis spe futurorum semper accenditur. *Sup. Psalm. cxiv, vers. 1.*
- S. CYBILLUS ALEX. 52. Eximia certe haereditas est illis, qui totius universi regem Jesum Christum diligere volunt. *Lib. 1, Gephyr. in Numeros, cap. 2.*
53. Unusquisque tanto est melior, ac felicitati futurae propinquior, imo et tanto majori beatitudine dignus ac praemiandus, quanto plus diligit Deum vero et spiritali amore. *De Profectu spiritali, art. 16.*
54. Domine tu prior dilexisti non diligentem, ut de non diligente diligentem faceres. *De Perfect. charit., art. 1.*
- S. EUCHEBIUS. 55. Quisquis Deum diligit, utique absque Deo esse formidat. *Lib. 1, Quaest. Novi Testam. de Epist. B. Joan.*
56. Impium est Deum non diligere; cui rependere non queas, etiam cum dilexeris. In *Epist. parenet. ad Valerian.*
- GHELLEBERTUS ANGLUS. 57. Quam durum est in dilectionis jura peregrina admittere curam, coeleste secretum secularibus infestare turbellis? *Serm. 11, super Cantica.*
- GLOSSA ORD. 58. Frustra se Conditores diligere credunt, qui ejus monita contemnant. *Sup. Cant., cap. 1.*
- S. GREG. MAG. 59. Virtuti mortis dilectio comparatur; quia ni-

mirum mentem, quam semel ceperit, a dilectione mundi funditus occidit. *Lib. 10, Moral., cap. 12, sup. illud Cant. 8: Fortis est ut mors dilectio.*

60. Solent nonnulli in prosperis Deum diligere, in adversis positi flagellantem minus amare. *Ibid., lib. 2, cap. 11.*

61. Tres gradus dilectionis sunt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota virtute tua. In corde accipitur consilium; in mente voluntas; in virtute amoris affectio designatur. *Lib. 3, in 1 Reg., cap. 4, sup. illud: Revertere, etc.*

62. Si unicuique vestrum requiratur an diligit Deum; tota fiducia, et secunda mente respondet, Diligo; probatio dilectionis; exhibitio est operis. *Hom. 30, sup. Evang., super illud: Si quis diligit me, etc.*

63. Dei dilectio est fortitudo ejus, qui diligit. *s. GREG. NYSS. Hom. 8, sup. Eccles.*

64. Quia immensus est Deus, sine mensura est diligendus; ut cum eum multum diligimus, parum nos diligere fateamur. *Serm. Dom. 14, post Pent.*

65. Non Deum diligimus prius; nam ad hoc ille dilexit prius, ut diligamus eum. *Serm. 1, Dom. 2, post Pent.*

66. Si vere Christum diligimus, nihil magis s. HIERONYM. velle, nihil omnino debemus agere, quam quod illum velle cognoscimus. *Ep. 14, ad Celantiam.*

67. Ille diligit Deum, qui redificat fratres. *Super 1, ad Cor., cap. 8, in illud: Si quis diligit Deum, etc.*

68. Dilectionis in Deum hoc proprium officium s. HILARIUS. est, parere monitis, statutis obtemperare, pollicitis confidere. *Sup. Psalm. cxxvii.*

69. Anima quae Deum diligit, quibusdam amoris passibus per charitatem ad Deum currit. *Prosec.*

70. Charitas Dei via pacis est, quia in amore Conditoris currens animus, nihil quod laedat, invenit. *Sup. Psalm. xiii, cap. 11.*

71. Deus diligendus est ex toto corde, id est, sapienter; ex tota anima, id est, dulciter; ex totis viribus, id est, fortiter; ex tota mente, id est, memoriter. In *Allegor. Veteris Testam.* lib. 3, sup. *Exod., cap. 4.*

72. Deus diligendus est quibuscumque modis dici potest; quia non potest nimis dici, quod non potest nimis diligi. *Ibid.*

73. Perdit quod vivit, qui Deum non diligit; qui autem diligit, illum desiderat, in eo meditat, delectatur pascitur, et impingatur. *Lib. 4, de Anim., cap. 9.*

74. Si dona Dei accipis, quare vicissitudinem dilectionis non rependis? aut dona illius (si po-

HAYMO.

HIERONYM.

HILARIUS.

HUGO A.

S. VICTORE.

IDIOTA

S. JOANNES

CHRYSOST.

tes) respice; vel si dona illius respuere non potes, vicissitudinem dilectionis repende. *Prosec.*

75. Dilige illum, dilige te propter illum, dilige dona illius propter illum. Dilige illum, ut fruaris illo; dilige te, quod diligeris ab illo, dilige in donis illius, quod data sunt ab illo. Illum tibi, et te illi dilige; dona illius ab illo tibi propter te.

76. Haec pura et casta dilectio est, nihil habens sordidum, nihil amarum, nihil transitorium, decora castitate, jucunda dulcedine, stabili aeternitate. In *Soliloq. de Arrha animae.*

77. Praedestinati postquam Deum diligere ceperint, vel perseveranter diligunt, ut a dilectione non cadant; vel cum a dilectione ceciderint, iterum ad illam resurgunt, ne pereant. *Lib. 2, de Sacram. part. 13, cap. 11.*

78. Nihil Deo justius, nihilque fructuosius diligi potest. *Libro 1. In Contemplat. de amore Dei, cap. 9.*

79. Qui Deum tota anima diligit, jam habet quem diligit, nec eum vere diligere posset, si eum quem diligit non haberet. *Ibid., cap. 13.*

80. Dilectio Dei totius est mentis ligamen, et viscum, et glutinum, hominem sibi indissolubiler uniens, atque ligans. *Ibid., cap. 14.*

81. Dilectio vera Dei, hominem invincibilem reddit. *Ibid., cap. 15.*

82. Dilectio Dei est via rectissima absque devio ad eum veniendi, via brevis absque taedio, via plana absque tumultu, via clara absque nubilo, via secunda absque periculo, via jucunda cum bono socio. *Ibid., cap. 17.*

83. Si quis ad patriam caelestem velit celeriter pervenire, per viam dilectionis ambulare debet. *Ibid.*

84. Summa bonitatis est, ut Deum diligamus. *Ibid., cap. 21.*

85. Ille solus novit se vere diligere, qui veraciter Deum diligit. *Ibid., cap. 31.*

86. Vere nihil est quod amplius diligere debeamus, quam Deum; amici enim recedunt, parentes deficiunt; solus autem Deus nec recedit, nec deficit, donec voluerimus esse cum ipso. *Hom. 26, sup. Math., oper. imperf.*

87. Dilectionem ab hominibus exigere, non est dominii, sed paternitatis. *Ibid., hom. 40.*

88. Quid est in tota anima diligere Deum? est certissimum animum habere in veritate, et firmum esse in fide. *Ibid., hom. 42.*

89. Quis diligit Deum? qui omne bonum credit apud Deum, et omne bonum credit esse Deum et extra Deum non credit esse Deum. *Ibid.*

90. Magnitudo dilectionis Dei, nusquam non sese extendit. *Serm. 7, sup. Ep. ad Ephes.*

91. Hoc euremus dilecti, nempe ut dilectionem Dei cognoscamus; nihil quippe nobis ita proderit, nihil ita compunget.

92. Nihil tam praedarum, quam a Deo diligi, et ipsum diligentem tanquam Deum diligere. *Hom. 64, ad Popul. Antioch.*

93. Etiam si oporteat divitias vel corpora, vel animam ipsam pro dilectione Dei dare, ne parcamus. *Prosec.*

94. Nihil enim ita nostram salutem conservat, sicut Deum diligere. *Hom. 30, sup. II, Cor.*

95. Diligamus Deum, quod regnum oportet diligere. Haec enim magna merces, hoc regnum et voluptas, haec deliciae, gloria et honor, haec lux et magna beatitudo, quam sermo declarare non potest, non mens comprehendere. *Hom. 48, ad Popul. Antioch.*

96. Quidquid plus Christo diligit, hoc ejus amoris praeponit. In cap. 2, *Regulae S. Bened., verbo Quidquid.*

97. Nihil tam justum, nihil tam sanctum, nihil in humanis actionibus tam potest esse honestum, quam Deum ex toto corde et super omnia semper diligere. *Lib. 1, ad Monachos, hom. 23.*

98. Virtuosus non est, qui Deum non diligit, cum omnium virtutum summa sit charitas. *Lib. 2, ad Monachos, serm. 5.*

99. Anima, quae Deum veraciter diligit, omnia praeter ipsum contemnit. *Lib. 1, de Regione claustral., tract. 2, region. 2, art. 2.*

100. Nullus te diligit, nisi rectus; et nullus est rectus, nisi qui te diligit. *Sup. Cantica, cap. 1, in illud: Recti diligunt te.*

101. Si dilectio Deus est, nullum debet habere terminum charitas Dei, quia nullo potest claudii sine divinitas. *Ser. 10, Quadrag.*

102. Diligenti Deum sufficit ei placere quem diligit; quia nulla major expetenda est remuneratio, quam ipsa dilectio. *Serm. 7, de jejuniis septimi mensis.*

103. Is Deum vere diligit, cui ipse Deus est id quod est; cui coelestia sapiunt, et terrena desipiunt. *De Instit. spiritali, cap. 5.*

104. Quanto major est summi boni dilectio, PETRUS BLES., tanto suavior in ea est delectatio, et tanto plenior beatitudo. *De Amicit., cap. 11.*

105. Te singulariter diligit qui, nihil sine te diligens, alia propter te diligit. *Prosec.*

106. Licet dilectio diffundatur in plures, tamen est in singulis tota ut, omnes unice diligens, ab omnibus unice diligatur. *De Charit., cap. 21.*

107. Illi plusquam se diligunt Deum, qui pro ejus amore, suae ad tempus salutis non parant; qui seipos tribulationibus ac periculis tradunt; qui nudari facultatibus propriis, patriae suae ex-

JOAN TRITH.

S. ISIDORUS

HISPALENS.

S. LEO I.

S. FROSTER.

torres fieri, parentibus et uxoris ac filii suis renuntiare parati sunt; qui ipsam corporis mortem, non solum non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis sui vita, magis quam a Deo, vita vitæ suæ, discedere. Lib. 3, *de Vita contemplat.*, cap. 15.

108. Illi perfecte Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, et nolendo quod non vult, nec ullis peccatis, quibus offenditur, acquiescunt; et semper se ad virtutes, quas ipse dignatur donare diligendas et habendas, extendunt. *Ibid.*

109. Ex magnitudine divinæ dilectionis, pendet modus divinæ revelationis. Part. 1, lib. 4, *de Contemplat.*, cap. 16.

110. Quanto magis ab amore terrenorum animus elongatur, tanto magis firmatur in dilectione divina. Opusc. 9, *de Decem præcept.*, verbo *Ex iam dictis*.

111. Tanto perfectius animus hominis ad Deum diligendum fertur, quanto magis ab affectu temporalium revocatur. *De perfec. vitæ spirit.*, cap. 6.

112. Necessarius est ad salutem, ut homo sic Deum diligat, ut in eo finem suæ intentionis ponat, nihilque admittat quod contrarium divinæ dilectioni estimat. *Ibid.*, cap. 10.

113. Non necessitas, quæ ex divina dilectione procedit, minuit dilectionem, sed auget. *Ibid.*, cap. 12.

## SENTENTIÆ PAGANORUM.

114. Cor diligens Deum in manu Dei stabilitum est. Sent. 402.

115. Si non diligis Deum, non ibis ad Deum. *Ibid.*, sent. 424.

Vide etiam tit. *Actio*, sent. 260: *Cognitio Dei*, sent. 20; *Crux*, sent. 119; *Dilectio sui*, sent. 26, 30; *Felicitas*, sent. 34; *Iustitia* in genere, sent. 52; *Odiū sui*, sent. 9; *Opus*, sent. 3.

## DILECTIO PROXIMI.

*Definitio.* Vera proximi dilectio est, quæ et amicos in Deo et inimicos propter Deum diligit. Sup. *Job.*, cap. 31.

Dilectio proximi est debitum naturale, quo unus homo obligatus est alteri, a quo debito nullus absolvitur. Part. 1, *de Ligno vitæ tract. 4, de Charitate*, cap. 15.

## SENTENTIÆ PATRUM.

1. Amantem diligere natura est; non amantem vero diligere gratiæ est. Part. 1, *de Paradiso animæ*, cap. 1, *de Virtutibus*.

2. Plus certe diligere debemus quos perpetuo nobiscum putamus futuros, quam quos in hoc tantum seculo; illi degeneres nascuntur frequen-

ter, qui dedecant patrem, eos ante eligimus ut diligamus. *Prosec.*

3. Itaque illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea atque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra.

4. Non enim vehementer est natura ad diligendum, quam gratia. Lib. 1, *Offic.*, cap. 7.

5. Probare debes quos diligas, et diligere quos elegis. *Ibid.*

6. Ratio diligendi proximum, Deus est; hoc enim debemus in proximo diligere, ut in Deo sit. Part. 4, tit. 6, *de Charitate*, cap. 4.

7. Quicumque dilexerit proximum, diligat animam propriam. Ep. 2, *ad Fratres*.

8. Et est regula dilectionis proximi, ut quis sibi vult bona provenire, et illi velit; et quæ accidere sibi mala non vult, et illi nolet. *De Vera relig.*, cap. 46.

9. Quod agis tecum, id agendum cum proximo est; non enim eum diligis tanquam teipsum, si non ad id bonum ad quod ipse tendis, adducere satagis. *De Morib. Eccles.*, cap. 26.

10. Non est interior litterarum scientia, quam scripta conscientia, id se alteri non facere, quod nolet pati. Lib. 1, *Conf.*, cap. 18.

11. Diliges proximum tuum, etc., proximus hoc loco non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua socii sunt omnes homines. Ep. 52, *ad Macedonium*.

12. Omnes homines æquo diligendi sunt; sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, vel temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte junguntur. Lib. 1, *de Doctrina christ.*, cap. 28.

13. Dilige, et quod vis fac. Sive taceas, dilectione taceas; sive clames, dilectione clames; sive emendes, dilectione emendes; sive parcas, dilectione parcas. Tract. 7, sup. *Ep. Joan.*, de cap. 4.

14. Ille proximum suum tanquam seipsum diligit, qui ei non mali aliquid facit quod nec sibi vult fieri; sed si quid boni prout ipse ab omnibus recipere optat et consequi, libenter impertitur. *De Vita christiana*, cap. 10.

15. Nihil Deo specialius virtute dilectionis proximi, nihil desiderabilius diabolo, quam extinctio dilectionis. Serm. 13, *ad Sororem*.

16. Perfecte proximum non diligit, qui illi in necessitate non succurrit. *Ibid.*, serm. 14.

17. Dilectio est soror charitatis, charitas nunquam fuit sine dilectione, nec dilectio sine charitate. *Ibid.*, serm. 13.

18. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. Leve præceptum, sive præceptum, et dulce præceptum; ad portandum leve, ad am-

plendum suave, ad tenendum dulce. Serm. 14, *de Cena Dom.*

BONAVENT. 19. Dic mihi, quid acquiris, si proximum tuum non diligis? præter hoc quod in hac vita torqueris, et dolore extenderis, dum cum prosperis rebus abundare cernis, traderis summis malis, penis maximis eternaliter duraturus. *Prosee.*

20. Attende ergo et cerne crimen, et nunc proximum dilige, si vis mortem eternam evitare, et vitam sempiternam acquirere. Serm. 9, *de SS. Apostolis*.

21. Mali homines secundum quod imaginem Dei gerunt, diligendi sunt ex charitate; non tamen secundum quod mali sunt, immo secundum quod detestandi sunt. Sup. Lib. 3, *Sent.*, dist. 28, art. 1, quest. 3.

ASSIDORUS. 22. Proximum diligimus sicut nos ipsos, cum nulli malum facimus; sed omnes simili ut nosmetipsos affectione tractamus. Sup. *Psal.*, cxxxiii.

23. Perfectum odium est, homines diligere, et eorum vitia semper horrere; nam in illa parte, qua creatura Dei sunt, amandos esse non dubium est. Sup. *Psal.*, cxxxviii, vers. 22 *Perfecto odio oderam illos*.

CLEMENS ALEX. 24. Dilectio proximi veræ sunt deliciae, hic est pretiosus thesaurus. Lib. 2, *Pædag.*, cap. 12.

EDMUNDUS. 25. Debemus diligere honos, quia boni sunt; et malos etiam, quia boni esse possunt. In *Speculo Eccles.*, cap. 30.

S. EUSEBIUS CESARIENSIS. 26. Sic diligendi sunt homines, ut bonitas exaltetur, et vitium deturpetur. Epist. *ad Damasc. Pap. de Morte Hieron.*

S. FRANCISCUS ASSISTAS. 27. Beatus servus, qui tantum diligit fratrem suum, quando est infirmus, quantum, quando est sanus. In suis *Opusc.* In *Admonit.*, *ad fratres*, cap. 24.

GLOSSA ORD. 28. Qui dicit se diligere proximum, non solum ei malum non facit, quod sibi non vult; sed etiam hominum facit ei, quod sibi vult ab alio fieri. Sup. *Ep. ad Galat.*, cap. 5, in illud: *Diliges proximum tuum*, etc.

29. Qui diligit fratrem suum, tolerat omnia propter unitatem charitatis. Sup. 1, *Joan.*, cap. 2. 30. In veritate proximum diligit, qui secundum Deum diligit affectuosa charitate. Sup. 11, *Joan.*, cap. 3.

S. GREG. MAG. 31. Nihil pretiosius est Deo virtute dilectionis; nihil est delectabilius diabolo extinctione charitatis. *Prosee.*

32. Quisquis enim seminando jurgia, dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiaris servit. Part. 3, *Pastor.*, cap. 1, admonit. 24.

33. In sincera dilectione, nec vires absentia, nec locum habet oblivio. Lib. 9, in *Registro*,

indict. 4, cap. 62, ep. 62, *ad Aregium episc.*

34. Nemo potest diligere, quem non vult videre. *Ibid.*, lib. 7, indict. 1, cap. 23, ep. 23, *ad Rusticianam patriciam*.

35. Dilectionis proximi intentio atque incrementum, misericordia est. Orat. 5, *de Beati.*

36. O si oculis cerni dilectio posset, profecto videres quanta apud te nostra esset dilectio; si equiparans dilectioni esset huæ, magnum tibi afferret gaudium; aut si major esset, magnum tibi afferret imitationis studium. Ep. 40, *ad August.*

37. Qui diligit quempiam, semper in ejus felicitate lætatur; et si eum viderit aliquo errore deceptum, et peccatorum lubrico concidisse, dolebit quidem, et erueret festinabit. Lib. 3, sup. *Ep. ad Galat.*, cap. 5 in illud: *Fructus spiritus*, etc.

38. Perfecta dilectio non solum totum quod habet gratis facimus; sed omnes simili ut nosmetipsos impenditur, si necesse est. Sup. 11, *ad Cor.* cap. 12, in illud: *Ego autem libentissime impendam*, etc.

39. O miram Dei clementiam! o ineffabilem pietatem Dei! premium nobis pollicetur, si nos mutuo diligamus, et si nobis ea præstamus invicem, quibus invicem indigemus; et non superbo insuperet ingrato animo ei renititur, cuius imperium beneficium est. Apud D. Antonin., part. 4, tit. 6, § 2.

40. Diligendus est proximus beneficio, verbo, voto. In beneficio est opus bonum; in verbo est sanum consilium; in voto est pium desiderium. In *Allegor. Veter. Testam.*, lib. 3, in *Exod.*, cap. 4.

41. Dum diligis proximum, ut pure diligas ipsum, diligis propter Deum. Lib. 3, *de Claustro anim.*, cap. 23.

42. Modus diligendi proximum, constat in tribus: quia debet diligi familiariter, effeciter, vere. Sup. 1 *Joan.*, 3.

43. Magnorum affectuum est, eorumque qui valde diligunt, dilectos invicem habere. Serm. 8, sup. *Ep. ad Rom.*

44. Quisquis diligit vere, quidvis foret potius, quam ut offendi videat amantem. Rom. 32, sup. 1. *Cor.*

45. Magnum crimen est non diligere, quando quis diligitur, et non diligit. Rom. 27, sup. 11. *Cor.*

46. Dilectionis est, qua proximi diliguntur, non ab illis accipere, sed illis potius largiri. Rom. 6, sup. 1. *Thez.*

47. Plurimum solatii et recreationis diligenti affert, si ei quem diligit, quod a se diligitur manifestum esse cognoverit. *Ibid.*, Rom. 4.

RICH. A. S. VICTORE.

S. THOMAS AQUINAS.

SIXT. PHILOS.

GLOSS INT.

LAURENT. JUSTIN.

S. ALBERTUS MAGN.

S. AMBROSIUS.

S. ANTONIS.

S. ANTONIS ABRAS.

S. AUGUST.

ASSIDORUS.

CLEMENS ALEX.

S. EDMUNDUS.

S. EUSEBIUS CESARIENSIS.

S. FRANCISCUS ASSISTAS.

GLOSSA ORD.

S. BERNARD.

S. GREG. MAG.

S. GREG. NYSS.

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

48. Nulla invidia, nullum crimen locum habet ubi fuerit vera et germana dilectio. Hom. 7, sup. II. Tim.

49. Proximi gratia anxium esse, excellentis est dilectionis. Serm. 9, sup. Ep. ad Philip.

50. Si dilexeris conservum tuum, magnum lucrum facies, et efficieris similis Deo. Prosec.

51. Vides, quia nihil gratia illi praestas, sed tibi; ipsum meritum enim non illi, sed tibi comparas; etiamsi sit malignus, tanto major erit et merces. Hom. 19, sup. Ep. ad Hebr.

52. Quod maxime divinum nobis amorem conciliat, est proximi dilectio, quam a Petro Christus exegit, quia os et princeps et vertex erat Apostolorum. Hom. 87, sup. Joan.

JOAN. TRITH. 53. Praeceptum habemus, ut diligamus proximum, sicut nosmetipsos; quia vere Deus non diligitur, tibi proximus oditur. Sup. Prolog. Regulae S. Bened., cap. 2, text. 16.

S. ISID. HISP. 54. Duo sunt erga dilectionem proximi conservanda: unum, ne malum quis inferat; alterum, ut bonum intendat: primum, ut caveat ledere; secundum, ut discat prestare. Lib. 3, de Sum. bono, cap. 28, sent. 1.

55. Quantum bonus est, qui pro Deo fratrem diligit, tantum perniciosus qui eum pro seipso amplectitur. Ibid., sent. 5.

S. JUST. ORGELIN. 56. Diligitur in malis non iniquitas, quam ipsi faciunt; sed creatura, in qua boni a Deo formati sunt. Sup. Cant., cap. 2, explicat. 30.

S. LAURENT. JMSIN. 57. Sine martyrio, scientia, facultia, facultibusque possunt homines caelorum adipisci regna sine proximi vero dilectione nunquam. In Fasciculo amor., cap. 2.

58. Nihil tam pium tamque religiosum est, quam proximum suum pro Christo sicut seipsum, diligere. De Humilit., cap. 5.

PETR. BLES. 59. Sola dilectio est, quam non alterat casualis eventus, quam separatio corporalis non dividit, quam corporis longitudo non abolet, quae defectui non succumbit. Ep. 30, ad Episc. Bathoniens.

60. Ex dilectione proximi nostros Deus meritatur affectus. Ibid., ep. 50, ad Henric. episc. Bajocens.

61. Ut alium aequè ut teipsum diligas, necesse est, ut ipsum transfundas illum, quem habes ad te dilectionis affectum, ut sit tibi quasi alter tu. Ibid., De Amicit., cap. 5.

62. Sic proximus diligitur, ut secundum exigentiam meriti aut dignitatis ipsius unus alteri praeferatur, et in dilectionis exhibitione certi ordinis mensura servetur. Ibid., de Charit., cap. 41.

S. PETRUS CHRYSOLOG. 63. Dilectio proximi omnibus desideris am-

pletenda est, quae tot bona potest habere, quot praemia. Serm. 53.

64. Proximos diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras, non propter sperata beneficia, vel accepta; non propter affinitates, sed propter hoc tantum quod sunt naturae nostrae participes, diligamus. Prosec.

65. Neque ideo proximum tanquam seipsum diligit quisque, quia sibi frater aut soror, pater aut filius, mater aut filia, nepos aut neptis est. Lib. 3, de Vita contemplat., cap. 13.

66. Haec est proximi tota dilectio, ut bonum, quod tibi conferri vis, velis et proximo; et malum, quod tibi nolis accidere, nolis et proximo. Ibid.

67. Ab omni contaminatione mens libera, in proximo nihil diligit, nisi quod ex Deo esse novit. Ep. ad Demetriadem.

68. Hominum alios diligere, alios odio habere, imperfectorum est; omnes autem diligere, perfectorum. Sup. Matth., cap. 5.

69. Debemus in peccatoribus odire quod peccatores sunt, et diligere quod homines sunt beatitudinis capaces. 2, 2, quaest. 23, art. 6.

70. Proximum magis quoad animam salutem, quam corpus proprium ex charitate diligere homines tenentur. Ibid., quaest. 26, art. 5.

71. Manifestum est quod quando gravia pro eo quem diligimus, sustinemus, amor ipse non destruitur, imo crescit. Opus. ex decem Praecept., verbo Ex jam dictis.

72. A dilectione proximi deficiunt, qui de bonis quae habent, proximis necessitatem habentibus subvenire non curant. De Perfect. vitae spirit., cap. 14.

73. Non propter hominis dilectionem vitia diligimus, nec propter detestationem vitiorum naturam hominis detestamur, sed naturam diligimus, vitia detestantes. De Divinis moribus, cap. Deus.

74. Primus dilectionis gradus est, charitatis affectum amicitias nutrire; integrè autem dilectionis est cumulus, odium amore repensare. Hom. 12.

75. Longe minor fructus est, si amantem te diligas, potius quam non amantem. Alienis moribus servit, qui non amantem diligit; suis autem moribus servit, qui amantem diligit; nam qui amantem diligit, debitum reddit. Ibid.

76. Ille dilectionis plenus affectus est si, obiteratis contumeliis, infirmitatibus misereatur alienis. Ibid.

## SENTENTIA PAGANORUM.

77. Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus. Lib. 1 Distichor., metr. 21.

78. Deligere oportet, quem velis diligere. Lib. 4, de Arte rethor.

79. Qui non diligit sapientem, nec seipsum diligit. Sent. 217.

Vide etiam tit. Lascio, sent. 3; Punitio, sent. 52.

## DILECTIO DEI ET PROXIMI.

REMIUS. Etymologia. Dilectio Dei et proximi dicitur, eo quod duos liget, Deum et hominem, vel duos proximos. Sup. Ep. ad Galat., cap. 5.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Existentes in aeterna vita diligunt Deum plusquam seipsos, et se invicem tanquam seipsos, et Deus illos plusquam illi seipsos; quia illi illum, et se, et invicem per illum; et ille se, et illos per seipsum. In Prologo, cap. 25.

ANTONINUS. 2. Diligimus Deum et proximum, in quantum diligimus, ut nos et proximum Deum diligamus. Part. 4, tit. 6, cap. 3, § 9.

3. Qui proximum diligit, consequens est, ut ipsam praecipue dilectionem diligit, Deus autem dilectio est. Lib. 8, de Trin., cap. 7.

4. Qui fratrem diligit, magis novit dilectionem (quae Deus est) qua diligit, quam fratrem, quem diligit, diligere. Ibid., cap. 8.

5. Custodienda est sinceriter dilectio Dei et proximi; in hac enim castitas animi sanctificatur. De Mendacio ad Consentium, cap. 19.

6. Qui non diligit fratrem, non est in dilectione; et qui non est in dilectione, non est in Deo (quia Deus dilectio est.) Qui non est in Deo, non est in lumine, quia Deus lumen est. Qui ergo non est in lumine, quid mirum si non videt lumen, id est, non videt Deum, quia in tenebris est? Prosec.

7. Fratrem autem videt humano visu, quo videri Deus non potest; sed si eum quem videt humano visu, spiritali charitate diligeret, videret Deum, qui est ipsa charitas visu interiore quo videri potest.

8. Haec qui fratrem quem videt non diligit, Deum quem propterea non videt (quia Deus dilectio est, quae caret qui fratrem non diligit) quomodo potest diligere? Lib. 8, de Trin., cap. 8.

9. Ex una eademque charitate Deum proximumque diligimus; sed Deum propter Deum, nos autem et proximum propter Deum. Lib. 8, de Trin., cap. 8.

10. Ubi dilectio proximi est, ibi necessario etiam dilectio Dei. Tr. 83, sup. Evang. Joan., de cap. 15.

BERNARD. 11. Proximum pure diligere quomodo potest, qui in Deo non diligit? Porro in Deo diligere non potest, qui Deum non diligit; oportet ergo Deum

diligi prius, ut in Deo diligi possit et proximum. Tract. de diligendo Deo, cap. Amor.

12. Dilectio habet duas alas: ala dextera est dilectio Dei, ala sinistra est dilectio proximi. Nec sola dilectio Dei sine dilectione proximi, nec sola dilectio proximi sine dilectione Dei valet. Ibid.

13. Sic diligendus est proximus, ut in illo semper diligatur Deus; sic enim debet diligi proximus, ut amoris causa sit semper Deus, non autem proximus. Serm. 5, de Cava Dom.

14. Ad dilectionem proximi pertinet innocentia, qua nulli nocemus; et benevolentia, qua proximum quibus possumus. Collat. 68, sup., cap. 15 Joan., in illud: Ut diligatis invicem.

15. Nemo se Deum diligere putet, qui de omnibus proximis unum odit. Serm. 3 Dom. 17 post Pent.

16. Dilectio proximi ex dilectione Dei nascitur; quia propter Deum, et in Deo et secundum Deum proximus est diligendus. Lib. de Projectis relig., cap. 26.

17. Deum diligimus in se, et propter se; proximum vero diligimus in Deo, et propter Deum. Lib. 5 Compend. Theolog. verit., cap. 24.

18. Utrumque conjunctum, utrumque sociatum est, ut nec Deus sine proximo ametur, nec proximus sine Deo diligatur. Sup. Psalm. xii, vers. 1.

19. Non poterit ille ex toto corde Deum diligere, qui noscitur ex proximis corrumpere dilectione; quia per dilectionem proximi pervenitur ad dilectionem Dei. Ep. 1.

20. Dilectio Dei et proximi ex sua ratione honesta est, virtuosa et ad salutem necessaria. Sup. Ep. ad Rom., cap. 8, art. 12.

21. Ratio diligendi proximum est Deus; ergo qui proximum diligit, Deum diligit. Ibid., c. 13, art. 17.

22. Dilectio scilicet Dei et proximi, et primum et maximum donum, in quo caetera dona seu beneficia conferuntur. Sup. Ep. 1, ad Cor., cap. ult., art. 13.

23. Dilectio Dei et proximi se mutuo complectuntur. Sup. 1 Petri, cap. 4, art. 8.

24. Qui perfecte vult Deum diligere, necesse est ut diligit et proximum sicut seipsum. De perfect. charit., art. 9.

25. Quo magis a Dei dilectione recedimus, eo et a proximi dilectione distamus. Doctrina 6.

26. Ille probatur diligere proximum, qui etiam Deum diligit. Sup. 1 Joan., cap. 3.

27. Plenus in dilectione Dei profectimus, si in ejusdem dilectionis gremio, prius proximi charitate lactamur. Lib. 7 Moral., cap. 10.

28. In dilectione Dei, necessario tenenda est

S. PROSPER.

REMIUS.

ANTONINUS.

THEOPHILACTUS.

AUGUSTINUS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. VALERIANUS.

BERNARDUS.

CATO POETA.

S. BONAVENTURA.

DIONYSIUS CARTUSIUS.

S. DOROTHAEUS.

GLOSS. INT.

S. GREGORIUS MAG.

fides et vita; in dilectione autem proximi debet summopere patientia ei benignitas custodiri. Hom. 21, sup. *Ezech.*

29. Fides robusta est, quae se in dilectione Dei ac proximi exercet. Hom. 16, sup. *Ezech.*

RAYMO.

30. Nec Deus vere sine proximo, nec proximus vere diligitur sine Deo. Sermon. Dom. 3 post Pascha.

31. Vere non diligitur Deus sine proximo, nec vere proximus sine Deo. *Prose.*

32. Si quis enim ita Deum diligit, ut proximi curam negligat; vel ita proximum diligit, ut Dei dilectionem postponat, non habere veram dilectionem credendus est. Sermon. Dom. 14 post Pentecosten.

HUGO A S. VICTORE.

33. Dilectio Dei, quasi forma est dilectionis proximi, et causa; dilectio proximi, quasi materia est dilectionis Dei. In *Annotat. sup. Ep. ad Rom.*, in illud: *Qui diligit proximum, etc.*

HUGO CARD.

34. Diligere Deum, est velle Deum Deo; diligere proximum, est velle Deum proximo. *Sup. Ep. ad Rom.*, cap. 3.

IDIOTA.

35. Non potest quisquam Deum diligere, qui in proximi dilectione noscitur oberrare. Libro 1, in *Contemplat. de Amore Dei*, cap. 29.

S. INNOC. III.

36. Non proximum diligit sicut seipsum, quem in dia perimit, et egestate consumit; neque Deum diligit super omnia, qui praefert aurum, et praepoat argentum. Libro 2, de *Contemptu mundi*, cap. 11.

S. IOANNES CHRYSOST.

37. Duæ sunt aie, dilectio Dei et proximi. Homil. super *Psalms. xc.*, vers. 9.

38. Sicut in imagine sua rex honoratur, vel contemnitur; sic Deus in homine vel diligitur, vel oditur. Hom. 49, sup. *Math. Oper. imperf.*

S. ISID. HIST.

39. Servat in se dilectionem Dei, qui a charitate non dividitur proximi. Libro 2, de *Summo bono*, cap. sent. 7.

40. Non poterit Deum diligere, qui noscitur in proximi dilectione errare. *Prose.*

41. Christus Deus est, et homo; totum ergo Christum non diligit, qui hominem odit. *Ibid.*

42. Per adversa et prospera comprobatur, si vere diligitur Deus et proximus. Quia dum adversa procedunt, amor fraudulentus detegitur; statimque despiciat, quem se diligere simulavit. *Ibid.*, lib. 3, cap. 29, sent. 3.

LACT. FIRM.

43. Deum honora tanquam Patrem; hominem dilige velint fratrem; in his enim duobus tota iustitia consistit. *De ira Dei*, cap. 14.

S. LEO I.

44. Charitatis Dei pietas perfecta esse non poterit, nisi diligitur et proximus. Sermon. 1, de *Jejun. decimi mensis.*

45. Dilectio quae simul Deo hominique debetur, nullis inquam impeditur obstaculis, ut non

ei bene velle sit liberum. Sermon. 6, *Quadrag.*

46. Dilectio proximi, dilectio Dei est. Sermon. 8, de *Jejun. septimi mensis.*

47. Deum proximumque diligere, quid levius? quid dulcius? quid contra magis grave et amarum quam odisse? In *Canone Vita spirit.*, cap. 33.

48. Qui Deum diligit, non potest non etiam hominem ut seipsum diligere. *De charit.*, centur. 1, cap. 13.

49. Qui Christum diligit, necessario diligit et proximum suum; qui vero non diligit proximum, nesciat necesse est diligere Christum. Libro 9, in cap. 13, *Epist. ad Romanos*, in illud: *Qui diligit proximum, etc.*

50. Diligendus est proximus, ut ratio habeatur ad illum charitatis affectum, quae supra te diligit Deum; nam si Deum non diligis, nec proximum diligis, nec teipsum. *Prose.*

51. Cum ergo proximum tenearis diligere sicut teipsum, scias quod ex dilectionis mensura, quae diligit Deum, potes estimare quantum proximum diligas, vel teipsum.

52. Qui Deum non diligit, nec se diligit; si autem non diligit se, nec proximum sicut se. ideoque ex dilectione Dei potes, quam habes ad te proximum dilectionem, certa estimatione metiri. *De charit.*, cap. 39.

53. Mentem quam ad Dei proximique dilectionem nullus affectus excitat, plerumque ratio movet tanto secretius, tanto securius, tanto defecatus, quanto nihil est rationali dilectione praestantius. *Ibid.*

54. In quantum dilectio proximi includit dilectionem Dei, intelligitur quod dilectio proximi excludit malum, non solum quod est contra proximum, sed etiam quod est contra Deum. *Sup. Ep. ad Rom.*, cap. 13.

55. Dilectio Dei finis est, ad quem dilectio proximi ordinatur. Secunda secunda, quæst. 44, art. 2.

56. Qui proximum diligit, Deum diligit; qui se diligit, oportet ut Christi sui proximum diligit. Hom. 12.

SENTENTIA PAGANORUM.

57. Dilige omne, quod ejusdem tecum naturae est, Deum vero plusquam animam dilige. Sent. 98.

58. Animam bonam post Deum dilige. *Ibid.*, sent. 282.

DILECTIO INIMICI.

SENTENTIA PATRUM.

1. Illud magnificentissime bonitatis ac benevolentiae est, ut tuum inimicum diligas; quo-

LUDOVICUS BLOSIVS.

S. MAXIMUS MARY.

ORIGENES.

PETR. BLES.

S. THOMAS AQUINAS.

S. VALERIAN.

SIXT. PHILOS.

S. AUGUSTIN.

Deum diligere inimicos, perfectorum est Filiorum Dei. In *Enchiridio*, cap. 73.

2. Perfecti misericordias, quae plurimum animae laboranti consulitur, ultra dilectionem inimici porrigi non potest. *De serm. Dom. in monte*, lib. 1.

3. Virtus dilectionis inimici in hoc probatur, quod diligit a quo non diligitur, honorat a quo spernitur, benedicit a quo maledicitur, benefacit ei, qui sibi malum machinatur. *De Amicitia*, cap. 16.

4. Multi alteram maxillam praebere noverunt, diligere vero illum a quo feriuntur, ignorant. *De Sermone Domini in monte*, lib. 1.

5. Non deserit amicum, qui bene optat inimico. *Super Psalm. xxxi. in Praefat.*

6. Homo hominem vincit humana felicitate, diabolus autem vincit inimici dilectione. *Prose.*

7. Cura ergo in corde servare inimici dilectionem, quae diabolum vincit.

8. Saeviat homo quantum potest, auferat quidquid potest; si diligitur aperto saeviens, victus est occulte saeviens. *Sup. Psalm. lxxv. vers. 3.*

9. Diligamus inimicos, corripimus, castigamus, excommunicamus, cum dilectione a nobis etiam separamus. *Ibid.*, vers. 6.

10. Primum medicamentum est animae agri-ganti plena et perfecta dilectio, per quam possit non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Sermon. 3, Dom. 3, post Pascha.

11. Filii Dei sunt homines renovati ad ejus imaginem, et ei similes facti, usque ad dilectionem inimici. *Contra Adimant.*, cap. 5.

12. Perfectio dilectionis est inimicos diligere; non enim dilectio nostra carnalis esse debet. Tract. I, super *Ep. Joan.*

13. Extende dilectionem in proximos, transcendente et ipso, perveni ut diligas inimicos. *Ibid.*, tract. 8.

14. Optamus fieri amicum, quem veraciter diligimus inimicum; quia non cum diligimus nisi velimus bonum, quod utique non erit, nisi miserit inimicitarum malum. Ep. 62.

15. Haec regula est, qua et oderimus inimicum, propter id quod in eo malum est, id est, iniquitatem; et diligamus inimicum propter id quod in eo bonum est. Libro 19, *contra Faust.*, cap. 24.

16. Diligamus toto corde non solum amicos, sed etiam inimicos. Homil. 5. *Ex quinquag.*

17. Inimicos nostros oportet ut diligamus, quos tamen habere, nisi cogente iustitia, non debemus. *Ibid.* Hom. 24, cap. 1.

18. Opta inimico ut habeat tecum vitam aeternam, opta illi ut sit frater tuus; non enim amas

in illo quod est, sed quod vis ut sit. Tract. 1, sup. *Ep. Joan.*

19. Inimicus Deus dilexit, ut amici efficeretur. *Ibid.*, tract. 9.

20. Sic diligendus est inimicus, non in quantum inimicus, sed in quantum homo est, ut ei hoc velle provenire, quod tibi. Sermon. 1. *Fer. 6. post Dom. Quinquag.*

21. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem praeterdere; in habenda vero dilectione inimici, nullus se poterit excusare. *Prose.*

22. Potest mihi aliquis dicere: Non possum jejunare; nunquid potest dicere: Non possum amare?

23. Potest dicere: Virginitatem non possum servare, non possum res totas vendere, et pauperibus erogare; nunquid potest dicere: Non possum diligere inimicos? *Ibid.*

24. Inimicos diligere, grave quidem est tormentum, sed grande premium. In suis *Proverb. verbo Inimicos.*

25. Oculum iustitiae est, inimicos diligere. *S. BERNARD. De Inter. domo*, cap. 2.

26. Diligere inimicos magis divinum est, quam humanum. Libro de *Pensione Dom.*, cap. 11.

27. Primum et principale animae medicamentum est, ut non solum amicos, sed etiam inimicos velit toto corde diligere. Hom. 11.

28. Inimicos nostros amare, gloriosum est; Dei autem odisse, devotum. *Super Psalm. cxxxviii. vers. 22: Perfecto odio oderam illos.*

29. Merito adversarios nostros jubemur diligere, quos non nostro vitio contingit offendere. *Id.* 30. Ille veraciter inimicum suum diligit, qui non dolet de injuria quam sibi fecit; sed de peccato animae suae uritur propter amorem Dei, et ostendit ei et operibus dilectionem. In suis *Opusc. in Admonit. ad fratres*, cap. 9.

31. Cumulus perfectionis est diligere inimicos et orare pro illis, sicut et Christus fecit. *Super Math.*, cap. 5.

32. Nunquam pietatis obliviscitur, qui nec hostes suos pallit vulnerari. *Ibid.*, cap. 22, sup. illud: *Et cum teligisset auriculam ejus, etc.*

33. Inimici dilectio (unc veraciter custoditur, cum nec de ejus profectu dejectionur, nec de ruina illius letamur. Libro 22 *Moral.*, cap. 6.

34. Summa est perfectio charitatis diligere inimicos, et de eorum profectu gaudere, et de ruina dolere. *Ibid.*

35. Virtus est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram Deo diligere. Parte 3. *Pastoral.*, cap. 1, admonit. 10, sup. illud *Math.* 5: *Diligite inimicos vestros.*

V. BEDA.

S. BERNARD.

S. CESAURIUS ARCLAT.

CASSIODORUS.

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

S. GREG. MAG.

36. Ille propter Deum diligit eos, quos diligit qui jam eos diligere a quibus non diligitur, scit. *Prosec.*

37. Charitas vera est, cum et in Deo diligitur amicus, et propter Deum diligitur inimicus. Hom. 38, sup. *Leang.*

38. Inimicos Dei perfecto odio odisse est, et quod facti sunt diligere, et quod faciunt increpare. Parte 3. *Pastoral.*, cap. 1, admonit. 23.

5. HILARIUS. 39. Inimicos quidem nostros amare precipimur; sed nostros, non Dei. Super *Psalm. cxxxviii.*

HUGO CARD. 40. Qui amicos diligit, propter se diligit; qui autem inimicos diligit, non propter se, sed propter Deum diligit. Super *Math.* cap. 5.

IDIOTA. 41. Nihil Deo in natura similis est, quam homo, qui malevolis, et inimicis laedentibus placabilis est. Libro 4, in *Contemplat. de amore Dei*, cap. 30.

5. JOANNES CHRYSOSTOM. 42. Si diligere inimicos precipimur, tamen eos ut caveamus, admonemur. Sermon super illud *Genes. 3. Inimicitias ponam*, etc.

43. Unum spectandum est; non, ne quid mali patiamur ab inimicis; sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Hom. 3, de *David et Saul.*

44. Caro inimicum suum diligere non potest, quia impossibile est, ut injuriam non sentiat sibi illatam. *Prosec.*

45. Anima vero diligere inimicum potest, quia dilectio vel odium carnis in sensu est, animae autem in intellectu. Hom. 13. *Math. Oper. imperf.*

46. Qui nec amicum suum sincere diligit, quomodo diligit inimicum? Hom. 18, super *Math. Oper. imperfec.*

47. Nihil ita Deum placat, sicut inimicorum dilectio. Homil. 83, super *Joan.*

48. Si inimicos diligere oportet, perpende qua pena dignus sit, qui amicos etiam perire sinit. Sermon 4, super *Epist. ad Ephes.*

49. Imitatio Christi, dilectio est inimici. *Ibid.*, serm. 7.

JOAN. TRITH. 50. Si quis diligit Deum, etiam inimicum ut diligit necesse est; quia Creator non diligit, si odis creaturam. In cap. 4 *Regul. S. Bened.*, verbo *Hinc.*

LUDOV. BLOS. 51. Tu omnes inimicos tuos et adversantes sincera charitate dilige tanquam fratres. In *Speculo spirit.*, cap. 3.

52. Illis, qui te infestant ac laedunt, omnem offensam ex corde remittas, teque benignum eis dilectione exhibeas. *Ibid.*, cap. 8.

TERTULLIAN. 53. Jubemur inimicos diligere, ut haec sit perfecta et propria bonitas nostra non communis. *Prosec.*

54. Amicos enim diligere, omnium est; inimi-

cos autem, solum Christianorum. In *libro ad Scipulam*, cap. 1.

55. Quanto perfectius viget in homine charitas Dei, tanto facilius animus ejus flecitur ut diligit inimicum. *De perfect. vita spirit.*, cap. 14.

56. Inimicum dilexisse, vicisse est. Hom. 12, s. VALERIAN. 57. Non est impossibile inimicum diligere, si partium tuarum utilitatem cogites; nemo astringit se aliquid inimico praestare beneficium; qui enim inimicum diligit, se diligit. *Prosec.*

58. Sibi enim pepercit, qui latrocinantis dexteram magni muneris praeda compevit; summum corpus textit, qui armato hosti precibus obviavit. *Ibid.*, hom. 13.

59. Primus gradus dilectionis est ille, ut inimicum diligas; secundus vero, ut inimico beneficias; nam ibi affectus docetur, hic opus miserationis exigitur. *Prosec.*

60. Parum apud inimicum tuum proficit gratia dilectionis tuae, si cum quem diligere te assaris, esurire patiaris. *Ibid.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

61. Nulla est tanta vis, tanta copia, quae non ferro ac viribus debilitari frangique possit; verum animum vincere, adversarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem, non modo extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus praeignam dignitatem; haec qui facit, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judicio. *Prat. 4, pro Marcello.*

## DILECTIO SUI.

## SENTENTIA PATRUM.

1. Tunc sic quis vere seipsum diligit, cum talem se exhibet, ut diligitur a Deo. Parte 4, tit. 6, cap. 3, § 10.

2. Scipsum salubriter diligit, si plusquam te diligit Deum. *De Moribus Eccles.*, cap. 26.

3. Scipsum amare quisque debet, aut quia justus est, aut ut justus sit; qui aliter se diligit, injuste se diligit, quoniam se ad hoc diligit, ut sit injustus. Libro 8, de *Trin.*, cap. 6.

4. Fieri non potest ut seipsum, qui Deum diligit, non diligit; imo vero solus se novit diligere, qui Deum diligit. *Prosec.*

5. Ille se satis diligit, qui sedulo agit, ut summo et vero perficiatur honore. *De Moribus Eccles.*, cap. 26.

6. Quantumlibet homo excidat a veritate, manet illi dilectio sui, et dilectio corporis sui. Libro 1, de *Doctr. Christ.*, cap. 9.

7. Fugax animus ab incommutabili lumine omnium regnatorum id agit, ut ipse sibi praeignat et

S. THOMAS AQUINAS.

S. VALERIAN.

CICERO.

S. ANTONIN.

S. AUGUSTIN.

S. BERNARD.

S. BONAVENT.

S. DIADOCH.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. DOROTH.

corpori suo; et ideo non potest, nisi et se corpus diligere. *Ibid.*

8. Dilectio sui in malo, melius odium vocatur. *Ibid.*

9. Fit infirmus animus, cum de mortali corpore cruciatur; necesse est enim ut illud diligit, et ejus corruptione progravetur. *Ibid.*

10. Modus diligendi precipiendus est homini, quomodo se diligit ut prosit sibi, quin autem se diligit et prodesse sibi velit, dubitare temeris est. *Ibid.*, cap. 25.

11. Tanto magis inheretur Deo, quanto minus diligitur proprium. Libro 12, de *Trin.*, cap. 11.

12. Qui se, propter habendum Deum, diligit Deum. Tract. 83, super *Evang. Joan.*, de cap. 15.

13. Cum ille diligitur de quo vivitur, non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, ut eum diligit de quo vivit. *Ibid.*, tract. 123, de cap. 24.

14. Negligis quod factus es, diligis quod fecisti; amas extra opera tua, negligis in te opus Dei. *De verbis Domini*, serm. 54.

15. Sicut nemo est, qui non diligit animam suam; sic nemo est, qui non amet carnem suam. Hom. 37, *Ex quinquaginta. hom.*

S. BERNARD. 16. Modis se diligendi, sunt quatuor: carnem amare carnaliter, spiritum amare carnaliter, carnem spiritualiter, spiritum spiritualiter. In suis *Sent.*, cap. *Modi.*

17. Multi se diligunt non ea dilectione, quae charitas est; sed ea, quae in Dominum est blasphemia. Sermon 14, de *Cana Dom.*

S. BONAVENT. 18. Nihil seipsum diligit, qui seipsum nimis diligendo, plus debito afficitur; circa bonum privatim sperando, et gaudente de ejus presentia, timendo et dolendo de ejus absentia. Super *Luceam*, cap. 17.

19. Natura dicitur quod homo plus se, quam alterum diligit. Super *libr. 3. Sent.*, dist. 31, art. 3, quest. 3.

S. DIADOCH. 20. Qui se diligit, Deum diligere non potest; qui vero se non diligit, propter Deum, hic Deum diligit. *Prosec.*

21. Qui enim se diligit, gloriam suam quaerit; qui autem Deum diligit, gloriam auctoris sui diligit. *De perfect. spirit.*, cap. 12.

DIONYSIUS CARTHUS. 22. Dilectio vera tui includitur in dilectione Dei; diligendo quippe recte Deum, diligis tuum verum, unicum et summum bonum; diligendo autem tuum bonum, utique diligis teipsum. *De Perfect. charit.*, art. 9.

S. DOROTH. 23. Nihil in te diligas, quod pristinum hominem redeolat. Doctrina 24.

T. I.

24. Fieri non potest ut qui se sibiipsum addicit, EVANGIUS. insons maneat. *Habet.* apud div. Joannem Damasc., libro 1, *Parall.*, cap. 77.

25. Tunc se homo recte diligit, cum dilectionem Dei sibi devotus et humilis anteposit. Lib. 1, de *Remiss. peccator.*, cap. 17.

26. Nunquam amator sui, Deum potest diligere. *Orat. 2, in Conventu Abbat. habit.*

27. Quisquis per se sibi charus est, nec aliena, nec intrinseca ope indiget, ut ad se diligendum vehementius excietur. *De Amicitia*, cap. 3.

28. Ab omni contaminatione mens libera, in se nihil diligit, nisi quod ex Deo esse novit. *Ep. ad Demetriad.*

29. Diligunt mali seipsos secundum exterioris hominis corruptionem; boni autem diligit seipsos secundum interioris hominis integritatem et conservationem. Secunda secunde, quest. 25, art. 7.

30. Qui non diligit Deum, nec seipsum diligit. *Ibid.*, art. 12.

31. Quicumque vere seipsum diligit, non solum vult sibiipsum bonum advenire, et malum abesse; sed etiam pro posse bona sibi procurat, et mala repellit. *De perfect. vita spirit.*, cap. 13.

32. Ex hoc vitio quod homo semetipsum nimis inordinate diligit, pene totum pendet, quidquid radicaliter vincendum est. Libro 3, de *Imit. Christi*, cap. 53, sect. 2.

## DILIGENTIA.

Definitio. Diligentia est accurata conservatio suorum. Libro 4, de *Arte Rhetorica.*

## SENTENTIA PATRUM.

1. Quod minus habet peritiam, suppleat diligentiam. Lib. 1, de *anima et ejus origine*, cap. 3.

2. In unoquoque opere homo, mater est diligentia. Sermon 16, ad *fratres in eremo.*

3. Juvenis quod minus habet peritiam, suppleat diligentiam. *Lib. 1, de Anima et orig.*, cap. 3.

4. In quibus necessaria est diligentia. Quest. 20, quest. *Diffuse explicat.*

5. Quae est diligentia gravissima est negligentiam damnetio, sic diligentium copiosa erit felicitas. Sup. *Ep. I. Petri*, cap. 5, art. 9.

6. Quantum nos apposuerimus ad diligentiam, tantum Deus addet ad gratiam. Homil. 7, ad *Monachos.*

7. Opus est ut quod tribuit gratia, custodiat diligentiam. Homil. 1, de *Symtoto.*

8. Diligens in suis, debet in alienis similiter esse. In *Decret. Gratiani.*

9. Deus, qui ubique est, diligentibus praesentior est, negligentibus abest. Sup. *Luce*, cap. 20.

38



- S. GREG. NAZ. 40. Ante diligentiam tempus, ea quae diligenter sunt, praesignantur. Orat. 10, in *Funere S. Basilii*.
- HUGO CARD. 41. Ingeniosus negligens, justius de negligentia punietur; et tardus diligens, jucundius de studio coronabitur. Super *Job*, cap. 5.
42. Diligentia in quatuor consistit, scilicet: studio, labore, sumptu, tempore. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.
43. Unde diligens est, qui ista quatuor exhibet, prout magnitudo rei requirit. *Ibid.*
- S. ISIDORUS HISPALENS. 44. Solertia meliorem sensum reddit, pejorem facit negligentia. Libro 2, de *Synonym.*, cap. 12.
- PETR. CELL. 45. Negligentia male olet, diligentia semper bene redolet. Libro 1, epist. 19, ad *Joan. episc. S. Maclonii*.
46. Ita ut peccata germinat negligentia, ita virtutes parit diligentia. *Epist. Paschal.* 3.
- THOMAS REMPIS. 47. Diligens non negligit opera sua. In *Hortulo Rosar.*, cap. 12, sect. 6.
48. Homo fervidus et diligens, ad omnia est paratus. Libro 1, de *Imit. Christi*, cap. 25, sect. 2.
- S. VALERIAN. 49. Diligentia naturam vincit, negligentia revocat ad naturam. Hom. 17.

## SENTENTIA PAGANORUM.

- ARISTOTELES. 20. Impossibile est non diligentis domini, diligentes esse vicarios. Libro 1, *Oeconomic.*, cap. 6.
- CICERO. 21. Diligentia comparat sibi divitias, negligentia corrumpit animum. Libro 4, de *Arte Rhetor.*
22. Quo major est praestantia et diviniore, eo majore indiget diligentia. Lib. 4, *Tuscul. quasi.*, num. 58.
- SENeca. 23. Diligentia maximum etiam medicis ingenii est subsidium. Lib. 3, *Declam.*
24. Nihil est quod non expugnet pertinax opera, et intenta ac diligens cura. *Epist.* 50.

## DISCERE.

- PLATO. *Definitio.* Discere est petitionem illius rei fieri, quam aliquis instituit discere. *Syzygia* 2, de *Scientia*.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Quantumlibet quisque profecerit, nemo est qui doceri non aegat dum vivit. Libro 1, *Offic.*, cap. 1.
2. Plures erunt de quibus discat, si ipse se doceat, qui virtutes magistras habet; quia quidquid egerit, disciplina est. Libro 2, de *Virginib.*
- S. ANTONINUS. 3. Studiosi frequenter discunt ea, quae melius esset nescire, quam scire. Parte 3, tit. 5, de *Doctoribus*, cap. 2, § 11.
- S. AUGUSTIN. 4. Naturae ordo ita se habet, ut cum aliquid discimus, rationem praecedat auctoritas. De *Moribus Eccles.*, cap. 2.

5. Erubesceret discere, qui docere consueverat; mo autem potius magistrum audire, quam velut magistrum delectat audiri. Ep. 28 ad *D. Hieron.*
6. Ad discendum quod opus est, nulla mihi aetas sera videri potest; quia etsi senes magis decet docere quam discere, magis tamen discere, quam quid doceant ignorare. *Ibid.*
7. Ridiculum est, cum propterea superflua multa didiceris, ut tibi aures hominum ad necessaria praeparentur, ipsa necessaria non tenere, quibus suscipiendis ea superflua praeparaveris; et dum occuparis ut discas, unde facias intentos, nolle discere quod infundatur intentis. Ep. 56, ad *Dioscorum*.
8. Quanto tenacius et facilius prae meminit, quantoque acutius intelligit, et studet ardentius, tanto est laudabilioris ingenii. Lib. 10, de *Trinit.*, cap. 11.
9. Ad discendum necessario dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione; tempore auctoritas, re autem ratio prior est. *Prosec.*
10. Quamquam honorum auctoritas imperita multitudinis videatur esse salubrior, ratio vero optior eruditis. Libro 2, de *Ordine*, cap. 9.
11. Recte dicitur anima discendo, quasi crescere; et contra minui, dediscendo. De *Quantitate animae*, cap. 19.
12. Non parva poena ipsa insipientia vel imperitia, quae usque adeo fugienda merito judicatur, ut per poenas doloribus plenas pueri cogantur quaeque artificia, vel litteras; ipsaque discere ad quod poenis adiguntur, tam poenale est eis, ut nonnunquam ipsas poenas, per quas compelluntur discere, malint ferre quam discere. Libro 21, de *Civitate Dei*, cap. 14.
13. Docibilis ille est, qui est ad discendi patientiam lenis et mitis. Libro 5, de *Baptismo*, cap. 26.
14. Aliud est discere, aliud videri sibi didicisse; si ergo te didicisse arbitraris, quod adhuc nescis, non plane didicisti, sed tenere credidisti quod libenter audisti, et surrepsit tibi falsiloquium per suaviloquium. De *Natura et origine*, lib. 2, cap. 6.
15. Quo quis est capax ut discat, eo magis est idoneus ut alios doceat. De *Bono perseverantiae*, cap. 16.
16. Non erubescat discere, nesciens quod ignorat; nec sciens tardus sit docere quod novit. *Sermone* 3, *Dom. infra octav. Epiph.*
17. Quod violenter discitur, permanere non solet; quod vero cum jucunditate ac gratia ingreditur, durabilius quodammodo animis nostris insidet. *Sup. Psalm.* 1.

S. BASILIUS  
MAGNUS.

- S. BONAVENT. 18. Quanta notitia rerum salutarium plus dicitur, tanto amplius credentibus atque eperantibus aeterna vita praestatur. De *prime sacrae script.*
19. Nemo bene discit, si doctoris verba non reverenter audit, si audita non saepe ruminat, et si cogitata experimento non probat. *Serm. 2, de Uno doctore.*
- S. CLEMENS PAPA. 20. Omnibus hoc amabile est, cunctisque acceptatum; ut quis ignorat quis discat, quae didicerit, doceat. Libro 1, *Recognit.*, et epist. 3, de *Officio sacerdot.*
21. Qui remissiter vivit, et discere atque agere bona recusat magis diaboli, quam Christi membrum esse ostenditur; et potius infidelis, quam fidelis monstratur. *Epist.* 63, de *Officio sacerdot.*
- FRANCISCUS TITEL. 22. Praestit bene silendo vera discere, quam male loquendo falsa docere. In *Elucid.*, sup. cap. 34, *Job*, in illud: *Docce me.*
- GLOS. ORD. 23. In praesenti vita quilibet debet discere quantum potest, ne quid indiscissum relinquat; ne cum non possit discere, incipiat. *Sup. Exod.*, cap. 16.
- GLOSS. INT. 24. Quante quisque profundius discit, tanto profundius agnoscit. *Super Sapient.*, cap. 7.
- S. GREGOR. MAGN. 25. Nulla ars doceri praesumitur, nisi intentius meditatione discatur. Parte 1, *Pastoralis*, cap. 1.
26. Nihil est ad discendum veritate facilius. *Ibid.*, parte 3, cap. 1, admonit. 12.
27. Stultus est, qui in eo se primum existimat, ut bona quae viderit, discere contemnat. Libro 7, in *Registris*, Ind. 2, epist. 63, cap. 63, ad *Joan.*
- HAYMO. 28. Turpe est eo tempore discere, quando quis debet docere. *Serm. Dominicae 8 post Pentecost.*
- S. HIERONYM. 29. Discere quod doceas, et permane in his, quae didicisti, sciens a quo didiceris. Tom. 1, *Epist.* 2, ad *Nepotian.*
30. Multo tempore discere quod doceas. *Ibid.*, Ep. 4, ad *Rustic.*
31. Ne discat aetas tenera, quod postea si dediscendum est: difficile eradiat, quod rudes animi peribebunt. *Ibid.*, *Epist.* 7, ad *Latent.*
32. Melius est aliquid nescire secure, quam cum periculo discere. Tom. 1, *Epist.* 22, ad *Eustoch.*
33. Optimum quaeque malum contemnere plerique, quam discere. In praef. *Sup. Paralip.*, ad *homerian.*
34. Nihil prodest faciendi didicisse, et non facere. Tom. 4, *Epist.* 1, ad *Demetriad.*
35. Qui litterae scientiam desiderat habere; si discendi non suscepit tedia, peritiae gaudia aliis non poterit. Tom. 4, *Epist.* 3, ad *Virginiam in exilium missam.*
36. Litterarum radices amarae sunt, incanis dulces. Lib. 4, sup. *Hierem.*, cap. 1, sup. illud: *Virgam vigilantem ego video.*
37. Solent et viri, solent et monachi, solent et muliercula hoc inter se habere certamen, ut, qui plus ediscunt, in eo se putent meliores: ille plus edidit, qui plus facit. *Sup. Psalm.* cxxiii, vers. 3: *Extollite manus vestras.*
38. Primum discere quod facias, postea quare quod scias. *Super Psalm.* cxviii, cap. 67.
39. Magis bonum est, aliena verecunde discere, quam sua imprudenter ingere. Hom. 1, *Sup. Ecclesiasten.*
40. Sapiens quidam, cum de modo et forma discendi interrogaretur: mens (respondit) humilis, studium querendi, vita quieta, scrutinium tacitum, paupertas, terra aliena, haec reserare solet nonnulla obscura agentis. L. 3 *Didace.*, c. 13.
41. Cur discere erubescis, et nescire non verecundaris? pudor iste major est illo. *Ibid.*, cap. 14.
42. Ab omnibus libenter discere quod tu nescis: quia humilitas commune tibi facere potest quod natura cuique proprium fecit. *Prosec.*
43. Sapientior omnibus eris, si ab omnibus discere volueris: qui ab omnibus accipiunt, omnibus ditiores sunt. *Ibid.*
44. Omnia discere, videbis postea nihil esse superfluum. *Ibid.*, lib. 6, cap. 3.
45. Quae praeis Patribus evenerunt; si discere quis velit, maximae doctrine sunt occasio. *Homil.* 29, *Super Genes.*
46. Puerilis est ingenii, mox a principio omnia se percipisse arbitrari; et nondum ipsis contactis initiis, ac si finem attingit, superbire. *Hom.* 12, super *1 Cor.*
47. Nihil turpius est, quam in risum contuentium ora laxare, dum non discendi proposito, vehementius insistis ari quam nescias, ut si linguam, quam non noveris, factus attentes. Lib. 1, de *Nugis Curial.*, cap. 4.
48. Non prodest quidquam discere faciendi, et non facere scita. *Super Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 2.
49. Quod in juventute addiscitur, in matura aetate conservatur. In cap. 7 *Regul. S. Bened.*, Grad. 12.
50. Amor discendi admissus aegre amittitur; et in desiderium transiens, sua se voluntate perpetuat. Ep. 84, ad *Simon. Canonic. carnontens.*, circa medium, apud *Bibl. Patrum.*
51. Melius est certe doctoribus a discipulis discere, quam superbe, quae recta sunt, ignorare. *Prosec.*
52. Honestus est majori, ut neque nescit addiscere; quam quae discenda sunt, nesciat. *Opusc.* 33, cap. 7.

HUGO A. S.  
VICTORE.S. JOANNES  
CHRYSOST.

JOAN TRITO.

PETR. BLES.

S. PETRUS  
DAMIANUS.